The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Adulacio au

cum fonte primo

Alexander cum
in obsidione cuiusdam
urbis circuisset muros,
ictu sagitte
percussus,
cum represso sanguine sicci
uulneris dolor cresceret et crus
obstupuisset
coactus absistere, omnes, inquit, iurant
me esse filium Iouis, sed uulnus hoc
hominem me esse clamat.
Idem nos faciamus.
Dicamus uos quidem dicitis
me esse prudentem. Ego autem uideo
quam multa inutilia concupiscam,
nocitura optem.

Seneca ibidem (LX. epistola).

Alexander cum
iam in India vagaretur et gentes
ne finitimis quidem satis notas
bello vastaret,
in obsidione cuiusdam
urbis, <dum> circumit muros
et inbecillissima moenium quaerit,
sagitta ictus
diu persedere et incepta agere
perseveravit. Deinde
cum represso sanguine sicci
vulneris dolor cresceret et crus
suspensum equo paulatim
obtorpuisset,
coactus absistere ‘omnes’ inquit ‘iurant
esse me Iovis filium, sed vulnus hoc
hominem esse me clamat’.
Idem nos faciamus.
Pro sua quemque portione
adulatio infatuat:
dicamus, ‘vos quidem dicitis
me prudentem esse, ego autem video
quam multa inutilia concupiscam,
nocitura optem.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 59.12-13 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.164-5, ll.27, 1-10).